

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Dissertationum Medicarum De Connubio Astrææ Cum
Apolline, Circa Medicinam Forensem**

De Inspectione Cadaveris In genere

**Emmerich, Georg Emmerich, Georg
Regiomonti, 1710**

VD18 1310747X-001

§. I.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8856

§. I.

Enem Medicinæ esse sanitatem corporis humani, Doricâ harmoniâ concinunt, quotquot Institutiones medicas conscribere aut generalia medicinæ præcepta tradere allaborarunt; finis autem hic ultimus cum semper consequi ac obtineri ob varias causas & conditions sæpè impossibiles, quæ vim negandi habent, nequeat, alii alium finem, intermedium dictum, omnibus artibus *μὴ ὀφελέσθεντα* vocatis, in quantum potestate non est, ut quovis tempore finis sui participes fiant, communem ponunt, Scilicet: Omnia ea prospicere ac facere, quæ ad finem ultimum acquirendum sunt necessaria ac proficia; illustrant hoc exemplo Rheticæ, Dialecticæ, Venatoria, Navigatoria artis &c. Conf Bruno in Dogm. Medic. general. Prælimin. §. 4. p. m. 6. Verum enim verò finem ultimum medicinæ strictiorem justo esse conceptum, bipartita medicina, Clinica ac Forensis docet: illius enim finem saltem sanitas hominis vel conservanda vel restituenda constituit, hujus non item, quippè quæ Republicæ salutem ac sanitatem quærit, hinc finem suum justitiae administrationem in quibusdam causis (sat copiosis) accuratiorem agnoscit; sec. mentem Viri Prudentissimi ac Eruditissimi, Professoris Lipsiensis, dum viveret, per orbem celeberrimi D. Joh. Bohnii in tract. de officio Medici duplici, Clinici nimirum ac Forensis p. m.

532.

§. II.

Rectius etiam finis intermedius refellitur ac ad Officium artificis restringitur, omnia enim obire quæ ad finem tendunt, artifici competunt, ejusque officium constituunt, non autem artis finem faciunt; Commodè hinc Seneca l. 7. de beneficiis: Si omnia fecit, inquit, ut sanaret, peregit

A

Medi-

